

*64. Instrumentum donationis di
Antonio de Balba in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*64. Instrumentum donationis di
Antonio de Balba in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza*

1363-08-01

(c. 250v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius nativitatis millesimo tricentesimo sexagesimo tertio, regnante domina nostra Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno vicesimo primo feliciter amen, die sexto mensis augusti prime inditionis, apud Potentiam.

Nos Iacobus Strambus de Potentia annalis iudex ditte terre Potentie, Angelus de Bonopari puplicus eiusdem terre Potentie notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testando fatemur quod constituti in nostri presentia Antonius de Balba de Potentia, ex parte una, et domnus Demetrius de Gratoso, clericus maioris ecclesie Potentine, prepositus ditte ecclesie, ex parte altera, predittus Antonius non vi, dolo, metu nec aliqua suasionem ductus immo sua bona, libera et gratuita voluntate, ut asserit, dedit, tradidit et assignavit titulo donationis inrevocabiliter inter vivos eidem domino Demetrio preposito, ut supra nomine et pro parte ditte maioris ecclesie Potentine recipienti et stipulanti, vineam suam sitam in tenimento Potentie, in contrata // (c. 251r) Valbitelli, cuius iscle idem Antonius dixit stare fines: ab una parte superiori a quodam aquali in semine idem Antonii de Balba mediante ditto aquali, a secunda parte est flumen ditti Balbitelli, a tertia parte inferiori tenent heredes condam Nicolai de Lauda mediante quadam parianea et si qui alii sunt confines, pro luminariis, pro anima condam patris sui et sua. Tali modo: quod idem Antonius et heredes sui possint portare et ducere aquarum cursum per dittam

terram donatam pro luminariis ad alias terras suas
 quando opus fuerit ipsi Antonio et suis heredibus.
 Quapropter predittus Antonius eidem domino Demetrio
 preposito, nomine et pro parte ditte ecclesie Potentine,
 dedit et tradidit liberam, plenariam et omnimodam
 potestatem tenendi, possidendi, permutandi nec non et
 quocumque modo voluerit alienandi, nomine et pro
 parte ditte ecclesie; promittens idem Antonius per
 se, successoresque heredes eidem domno Demetrio
 preposito, nomine quo supra, stipulanti, litem vel
 controversiam ipsi preposito et ditte ecclesie nomine
 quo supra legitime stipulanti litem vel controversiam
 ipsi domno Demetrio preposito, nomine quo supra, et
 ditte ecclesie Potentine ullo unquam tempore non inferre
 nec inferenti consentire, immo ipsam isclam tam in
 proprietate // (c. 251v) quam in po(ssession)e ab omni
 homine legitime defendere, antestare et disbrigare et
 predittam donationem et omnia et singula supraditta et
 infrascripta perpetuo firma, rata habere ac tenere et non
 contrafacere vel venire per se, alium vel alios, aliqua
 causa vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio vel extra
 iudicium, sub pena unciarum auri quinque, medietate
 ipsius pene reginali curie et reliqua medietate ditto
 preposito, nomine quo supra, <applicanda, me predicto
 notario publico pro parte ipsius curie ac dicto emptori et
 procuratori ut supra, nomine // quo supra> penam ipsam
 legitime et solemniter stipulantibus. Qua pena soluta
 vel non soluta supraditta omnia et singula inperpetuum
 perdurent et <promisit dictus venditor> observare et
 quolibet <sic> premissorum facere ab omnibus observari.
 Et ad maiorem cautelam, idem Antonius venditor in
 manibus ditti prepositi nomine quo supra ad santa Dei
 evangelia corporaliter per eum tatta iuravit supraditta

omnia et singula inperpetuum observare et quolibet <sic>
premissorum facere ab omnibus observari.

1

2

3

4

5

6

Et taliter ego idem Angelus de Bonopari puplicus
Potentie notarius hoc presens puplicum instrumentum
scripsi quia predittis omnibus rogatus interfui et
meo solito signo signavi; quod autem superius ubi
legitur «quadam pananea» et si qui idem ubi legitur
«perducunt», item ubi legitur «Antonius» abrasum et
interlineatum // (c. 252r) est per manus mei qui supra
notarii, non vitio sed errore, unde pro autentico habeatur
ut supra. (SN) † Ego Iacobus Cumbus iudex civitatis
Potentie qui supra † Ego magister Tadeus de Aymolino
interfui testis † Ego Gualterius de Lacupensuli de
Potentia interfui † Ego Nucius Sparius de Corneto testis
sum † Ego Gabriel Strambus testis interfui

Così S qui e nel regesto, di seguito isca

Così S per hos esse

Così S per? eiusdem

Così S qui, sotto pananea

Così S qui, sotto e in docc. coevi Cumbus

*Si tratta molto verosimilmente della località Gallitello e
del torrente omonimo; nei documenti del XIV secolo la
G maiuscola e la B sono spesso confondibili ed è inoltre
probabile che la seconda L, legando a destra con la L, possa
essere stata confusa con una B.*

6

7

Così S qui, in docc. coevi Amelino